ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Scri
pto mannali contentarum, de Actu et data illius in
Villa Sosnica, Feria Tertia post Dominicam Laetare
Quadragesimalem proxime praeteritam proxima confectum
conscriptum, datum, manu sui Recognoscent propria
subscriptum, in omnibus conditionibus, punctis, clausu-
lis, articulis, Vadiis, ligamentis, ac nexibus generaliter
vniuersis, eidem Illustri et Magnifico Castellano Pre-
myslien, et eius posteris firmiter tenere, complere,
exequi, ac inuiolabiliter obseruare inscripsit et obligat
praesentibus, et hoc idem scriptum manuale, praesentibus
approbat, confirmat, et ratificat. Hac sua praesenti
personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Castellan, Premyslien Fałęckim Coniugibus Roborat.

030

Comparens personaliter, coram officio et Actis praesentibus
Castren Capitan Premyslien, Illustris et Magni-
ficus Martinus Constantinus a Siecin, in Krasiczyn
Krasicki, Castellanus Premyslien. Sanus mente et corpo
re existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq
suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesen
ti vero Castren Capitan Premyslien Iurisdictioni, quo
ad Actum hunc attinet, se, cum successoribus, bonisq suis
generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando,
atq subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expres
sum recognouit. Quia ipse, se ac suos successores
in et super bonis suis generaliter omnibus summisq
pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribit et
obligat praesens: Scriptum certum manuale per se
Recognoscentem in rem et Manus Nobilium Ioannis
Fałęcki, et Annae Zurowska Coniugum legitimorum,
ratione certarum rerum et conditionum in eodem

x

Scripto manuali contentorum, de Actu et data illig, hic Premysliæ, die hodierna in Actu contenta confectum, conscriptum, et datum, manu sui Recognoscentis propria subscriptum: In omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadio, ligamentis, ac nexibus in Universum omnibus et sub Nobilibus Joanni Falęcki et Annæ Zurowska Coniugibus legitimis, ipsorumq posteris firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, oibusq et singulis eiusdem scripti manualis contentis tam in toto, quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere, scriptum pfatum manuale, ad Inscriptionem psentem roboratoriam, et Inscriptionem psentem roboratoriam, ad pdictum Scriptum manuale vicissim in toto referendo. Sub vadio summæ Mille Quingentorum florenorum polon, per eundem Illustrem et Magnificum Recognoscentem, sive eius successores, supramemoratis Nobilibus Falęckim Coniugibus, vel eorum posteris, ob non completionem contentorum Scripti pfati manualis, omnium et singulorum, tam in toto, quam in parte, toties quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio, modo pmisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali, ex contentis scripti eiusdem manualis, non completa complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens, Illustris et Magnificus Martinus Constantinus à Siecin, in Krasiczyn Krasicki # sive eius successores, ad Instantiam pnominatorum Nobilium Joannis Falęcki et Annæ Zurowska Coniugum legitimorum, sive eorum posterorum, ad officium psens Castrense Capitaneale Premysliense, extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare sui parere, respondere,

\# Castellanus Premisliensis

Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesens illum Terminum primum peremptorium, et alios oes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minoren nitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio Militari, ad munimenta, ad Evictorem, vel alys quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea, ultra proximos officij praefati Castren Capitaneal Premysliens Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri, bello, conventioneq ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Castellan. Premyslien. et Mohylowski mutuo se se Quietant 630

Comparentes personaliter, coram officio, et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premysliens, Illustris et Magnificus Martinus Constantinus ab Siecin in Krasiczyn Krasicki, Castellanus Premysliens ab una, et Gnosus Georgius Mohylowski, parte ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprys et competens recedendo, praesenti vero Castrens Capitaneal Premysliens Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet secum Successoribus, bonisq suis generaliter omnibus, totaliter, et plenarie, incorporando atq subijciendo, palam, libere, publice, ac perexpressum recognoverunt,